

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Der Geistliche Redner, Oder Gründliche Unterrichtung Vor Angehende Prediger**

... In vier Theile abgetheilet, Und Mit nöthigen Registern versehen

Vorstellend Was ein Prediger bey so vielerley theils frölichen und  
glücklichen, theils traurigen und unglücklichen Fällen von der Cantzel in  
Predigten, und sonst in kurtzen Sermonen zu reden hat, auch wie er  
endlich bey anderweitiger Beförderung sein bißheriges Amt niederlegen  
kann

**Haas, Nicolaus**

**Leipzig, 1693**

Propos.

[urn:nbn:de:bsz:31-115592](#)

*Ubi corpus de mortui hominis condas, locus sa-*  
*cer esto &c. Non igitur arationi, satio-*  
*ni, pastioni aut aliis id genus rebus inser-*  
*viet hic ager in posterum; sed DEI ager*  
*& seminarium erit, quod piorum exuvia*  
*& corporibus consitum, plantulas sup-*  
*peditabit DEO, quo ornatus est olim*  
*in fine dierum hortum & paradisum su-*  
*um cœlestem. Quomodo instituenda sit*  
*nostra consecratio? Verbum DEI hisce*  
*docet Regulis: Joh. XV. Sine me nihil po-*  
*testis facere. Coloss. III, 17. Omne quod*  
*cunque facitis &c. I. Tim. IV, 4. 5. Omnis*  
*creatura DEI bona est &c. Act. X, 15.*  
*Quæ DEUS purificavit &c. Ad istas*  
*regulas minime fallibiles nostram sa-*  
*cram consecrationis actionem dirigen-*  
*tes, initium fecimus piis cantionibus &*  
*precibus: restat igitur ut cum invocat.*  
*auxilii divini subsequamur pia enar-*  
*ratione & explicatione doctrinæ cœle-*  
*stis &c.*

### Propos.

*De consecratione novi Cœmeterii,*  
*ubi*

- I.) *Causæ redditio instituti hujus pii  
operis.*

a) *Cur*

a) *Cur novum coemeterium extructum?* Nequaquam certe vel vana quadam curiositate, vel ostentatione sumptuosæ & magnifica structuræ, sed extrema & inevitabilis necessitas pium magistratum adegit. Adeo enim vetus illud ad D. Sixtum coemeterium perfolsum &c.

b) *Cur extra urbis mœnia locus quaesitus?* Non debet hoc tanquam novum aliquid & in Ecclesia inusitatum temere reprehendi, extant enim in Sacris V. & N. T. exempla Abrahams sepelientis Sarah in agro, Gen. XXIII. Jacobi tumulantis Rahel ad viam publicam, Gen. XXXV. Viduæ Nain, Luc. VII. Lazari, Joh. XI. Josephi Arimath. Joh. XIX. Et cause adduci possunt graves tam politicae, quam theologicæ, Sepulchra extra urbes merito esse debere. Politicae & physicae sunt in prompro, ut mundities in urbibus hoc pacto conservari possit, & aëris minus inficeretur ex cadaverum putrefactorum foctore. Hinc Ulpianus tradit, Adrianum Imperatorem statuisse XL. aureorum poenam in eos, qui sepulchrum in civitate fecissent, & in Magistratus qui id passi forent. Quin & locum publicari & cadaver inde transferri mandasse. Theologicae considerari possunt istæ

1. Est commonefactio de primo exilio & ejectione primorum nostrorum Parentum ex Paradiſo,

2. De-

2. Defunctos jam è mundo exivisse, & alterius civitatis incolas factos esse, ejus nimirum, quam in cœlis habent, quotquot perfidem filii DEI facti sunt, Phil. III, 20.
3. Hebr. XIII, 12. dicitur: Christus extra urbis portas passus & mortuus est &c. Ejus igitur beneficij & meriti etiam loci consideratione admonemur. Examus igitur ad eum extra castra &c. v. 13.
4. Prodest etiam mos iste ad cavendum superstitiones, ne quæ sacra pro mortuis instituerentur, sed se omni erga illos officio defunctos esse sciant, qui illos honeste tumulari curaverunt.
- c.) *Cur consecrandum novum cōmēterium?* Est hoc opus novum, memoria hominum hujus loci nec factum haec tenus, nec facile, donec hic durabit mundus, repetendum &c. Hinc cum ad illud, officii causa, cum venerando Pastorum coetu requisitus sim, tam sancto, pio & necessario operi deesse nec possum nec debeo.
- II.) *Refutatio consecrationis Papistica.* Non est quod expectetis à me spectacula superioris seculi, in tali casu à sacrificulis Papisticis agitata. Ibi enim tunc cornutus & histrionicus ille suffraganeus, cum suo clero consecrationem sepulturæ alicujus adortus, in quatuor angulis totidem ligneas cruces hominis altitudine collocans, ternas singulis candelas ardentes affixit. Deinde aqua &

t

sale,

sale, certis precum formulis & conceptis verbis exorcizatis, magicam eis vim inesse sentiens, totam passim aream conspersit. Postea odoramentis accensis, suffumigationibus & multis ceremoniarum larvis, quadam κανοζηλίᾳ partim ex Judaismo, partim ex Ethnicismo desumptis, satis tunc suo munere defunctum esse judicavit. Sicut adhuc aliqui fortasse vestrūm ista meminerunt, & liberi ipsorum tantum non plaustrales testantur &c. Quas nos adhibita verbi divini regula non tantum non approbamus, sed & multifariam ea in re peccatum esse constanter assertimus.

- a) Pugnat ista Papistica consecratio cum primo præcepto. Constat enim ex DEI verbo, quemlibet etiam speciosissimum cultum, contra, extra vel contra mandatum DEI institutum, meram esse idolatriam, Matth. XV, 9. ex Esa. XXIX. Ezech. XX, 18. 19. In præceptis meis ambulate &c. Nullum autem extat mandatum ea de re, sed tantum sunt traditiones superstitionum hominum. Cumque in Lege sua V. T. tot DEUS sacrificiis instituerit, nullam vel legem tulit vel exemplum in S. literis monstrari potest ejusmodi consecrationis Papisticæ. Neque Parentum nec majorum error sequendus est, sed autoritas scripturarum & DEI docentis imperium, ait Hieronymus.
- b) Contra secundum præceptum, fuit horribilis

lis abusus & profanatio nominis divini, cui  
communatio addita est, Exod. XX, 7. De-  
nique dum Cyclopica audacia, ausi sunt ex-  
orcizare aquam, salem, locum sepulturæ &  
quid non? conceptis verbis & certis formu-  
lis precum, addo etiam characteribus, cereis  
accensis, suffumigationibus &c. Iстis o-  
mnibus tribuerunt vim Magicam sanctifi-  
candi locum, abigendi diabolos & custodi-  
endi defossa illic cadavera. Postremo sém-  
per in fine addito nomine DEI, scilicet *in No-  
mine P. F. & Sp. S.* Cujus tamen sacrosan-  
cti & suppliciter adorandi Nominis, non nisi  
sobrie, reverenter, summa devotione & jux-  
ta ipsius præceptum mentio facienda est,  
Phil. II, 9. 10. 11.

c) Fuit horribile sacrilegium, eripiens Christo  
suum honorem. Est autem sacrilegii cri-  
men gravissimum &c. Soli enim Filio DEI  
debitur hæc gloria, qui factus est nobis à Deo  
sapientia &c. & *sanc&ificatio* 1. Cor. I. *Filius  
DEI apparuit, ut destrueret opera diaboli,*  
1. Joh. III, 8. Hanc gloriam, immanni scelere  
Christo detractam, attribuerunt tum loco,  
tum aliis creaturis à Pontifice consecratis.  
Abduxerunt item homines istis persuationi-  
bus à Christo & sacro ipsius ministerio, &  
substituerunt frigidissima superstitionis  
hominum commenta &c.

d) Injuria & contumelia affecerunt tam crea-  
torem, ipsum DEUM, quam creaturem, quasi

extra illas suas exorcizationes & magicas incantationes alias essent impuræ & pollutæ. Hoc revera est tentare Deum & sicut Christus conqueritur: *Sapientia justificata est à filii suis,* Matth. XI. Adeoque dubitacionis & desperationis occasionem & materiam objecerunt piis, si quando talem sepulturam se non habere posse viderent. Contra Gen. I, 31. Act. X, 15. Tit. I, 15.

**III.) Vera consecrationis & sanctificationis ratio.** Consecratio & sanctificatio nostra est solus Jesus Christus Rex, Redemptor & summus Pontifex noster, qui cum essemus fœda & abominabilis peccati massa, proprio sanguine nos ab omni peccato abluit & sanctos reddidit &c. I. Cor. VI, 11. Deinde media instituit, per quæ sanctificationis & consecrationis illius participes reddamur, verbum nempe, Joh. XV, 3. c. XVII, 17. & Sacramenta, Ephes. V, 26. Joh. XV, 1. 2.

**IV.) Verus verae consecrationis usus.** Piis in vero usu illorum mediorum apprehendunt Christum, in quo solo est consecratio & sanctificatio. Tales vere sunt consecrati & sanctificati, & ubiunque eis sepeliri contingat, imo etiam si sepulturæ honore prorsus priventur, nihil ipsorum saluti decedit.

**V.) Non locus corpus, sed pia corpora locum sanctificant.** Nequaquam enim nos à terra aut qualicunque creatura sancti dicimur, sed terra à sanctis sancta vocatur, non quidem sub ipsorum sed Christi merito.

Wie

Die diese  
Explication  
de Consecratio  
nēt  
oben im Ex  
te Regul in  
durch die re  
Gottes-Ak  
fünfte St  
bracht und  
wehung a  
stive, ali  
mū.

B) Herr  
670. §. III.  
cap. XXI  
teriorum

Gottsel  
ther  
daph  
Grac  
Erb

Man fin  
Entzehung  
ts-Alters-An

Wie diese 3 letztere Membra und dero Explication zur General - Proposition *de Consecratione Cæmeteriorum* sich füglich schicken/ sehe ich nicht. Besser hätten die oben im Exord. aus der Schrift angeführte Regeln ins dritte Stück gezogen/ und dadurch die rechte Art der Einweihung eines Gottes-Akers gewiesen/ das vierdte und fünfte Stück aber in eines zusammen gebracht/ und der herrliche Nutzen solcher Einweihung a) remote ex Part. V. b) Positive , aliunde vorgestellet werden können.

B) Herr D. Mayer in Museo P. II. pag. 670. §. III. p. 689. giebt Anlaß ex Genes. cap. XXIII, 3 -- 20. in Encœniis cæmeteriorum zu betrachten:

**Gottseliger Leute erstes Eigenthum / wie solche zuförderst dahin trachten / ein eignes Grab/ und so es seyn kan / ein Erb-Begräbniß zu haben.**

Man könnte aber auch solchen Text zur Einweihungs-Predigt eines neuen Gottes-Akers Analytice also disponiren: